

hactenus sermonem fuisse, neque dubium est quin longè minori pretio redimaris. quo ut se induci patiatur operam hinc verbis nuper, nunc ~~dedi~~ tenui per epistolam dedi, plane miseratus sortem tuam, et mea infensus, quæ me testari vetet, quam seriò commentos datos habeam, quorum soli vultus aut nomina vel obliquo radio Puteaneæ luci illustrantur. Vale Vir nobilissime.
 Haga Com: 3. Maij CIDIDCXLIII.

Bannio.

Vir Amplissime.

(342).
 Epistolium illud prodromum, heri mihi traditum, primâ statim occasione datâ transmittô; ut videas quàm sit res tibi cum adversario neque in humo, neque infendo, neque hercule omnium latissimo, quod hinc inde senties, non sine risu. Caute vero ne parum alter alterius mentem assequamini, Magnam enim controversiæ partem in eo sitam arbitror simul atque Triarij transfretaverint, curabo te adoriantur
 Interim Vale Vir Amplissime et me ama
 Vale tuum.

In arce bornana. Prid. solstitii C.H.
 astini. CIDIDCXLIII.

Puteano.

(343).
 Quæ de Anagrammatismo, Vir Amplissime dilucidè tu quidem atque ut maximas rerum soles, eleganter prosecutus es, avidè nec sine quodam sensu voluptatis perlegi. alterum exemplarium Soaswinkelio tum fortè presenti offerendum videbatur, stupendissimi, si nescis ingenui viro, et summæ rum infimarumque disciplinarum non minus gnaro quàm capaci. Non patiar te nescire, quod argumento statim libelli monitus, festivè mihi de Friscario narrabat, solere hunc per jocum, omnem Anagrammatismum aversari, dicentem, als mijn Annè gram is (Anna noncu est uxori) turbari totam domum. Porro si quis a te consulisset nos, ante hanc disertatiunculam editam, aliquid fortasse non absenti neque ingrati accessisset quod nunc vix tanti est, ut ut per epistolam docearis. Fiet hoc (non despero) collatis dextris, ubi Belgis dabitur utriusque Belgii esse. Vides quàm audeam seriò ad te rescribere, qui tam proluxâ humanitate munerum quoque selectissimorum perpetuâ oblatione me compellas. sed captanda occasio fuit, quâ quod Maximiliano tuo impetrandum jusseras, commode et non